



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatvs De Conscientia, De Peccatis, De Legibvs, De Fide, Spe,
Et Charitate

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

Punct. 1. Quid sit peccatum originale?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](#)

graecatus, sic alius relatis Mascard, n.7. Infero quinto procuratio-
nem ignoriam probari sufficienter iuramento ipsius, nisi à
domino habuerit speciale mandatum, sic Mascard. num.8. Sex-
tio inferto receptane in domo haereticum, purgari sufficienter,
si inter se necesse haereticum esse, quia cùm sit de facto
alieno, & occulto, proulmus ignorante, sic Simanc, libr.
catholic. infit. tit. 15. n.9. Menoch, lib.9. praf. iunct. 2.3. n.54.

Ab hac regula excipi debet factum, pro cuius scientia est
à iure presumptio, ut si sit publicum, si in iure praesentia: iunc-
enim non probat fatus iuramento, sed alleganda, & proban-
da est causa ignorancia, et enim eadem ratio de hoc facto, ac
de lege, siquidem legis ignorancia ideo non probat fatus iu-
ramento, quia corum, que publica sunt, qualis est lex, scien-
tia proulmus. Quae autem sint facta, pro quibus à iure est
presumptio scientia, vel ignorancia, optime expendit Menoch.
lib.6. praf. iunct. 2.3. & 2.4.



DISPUTATIO II.

De peccatis. Vbi eorum natura, & essentia
explicatur.

PECCATUM aliud est originale, aliud actuale, aliud habituale, aliud mortale, aliud veniale, de omnibus est significatum dicendum: sed quia
à peccato originali omnia peccata originem tra-
hant, ideo de illo placet prius agere, & breui-
ter inquisimus. An sit? Quid sit? & quas per-
sonas afficiat, & quos effectus habeat?

PUNCTUM I.

Quid sit peccatum originale.

- 1 Fide tenendum dari peccatum originale.
- 2 Prima sententia peccatum originale esse peccatum Adæ
mortalis quilibet denominans.
- 3 Refutatio supradicta sententia. & assertur esse priuationem
iustitia debitam.
- 4 Proponuntur obiectiones aliquas, & solvuntur.
- 5 Quid sit priuationem gratia debitam esse parvulus.

Nemini Catholicorum esse potest dubium dati pecca-
tum originale, cum hæc veritas expressè definitur à
Trident. sess. 5. de pecc. origin. cap. 3. ex illo loco Pauli ad
Romanos. Per unum hominem peccatum in hunc mundum intrauit. & per peccatum mors. Et ita in unum homines mors per-
transiit, in quo omnes peccaverunt. Notandum enim iunt verba
Pauli dicentes ab Adam peccatum in hunc mundum intrasse,
quod non potest intelligi de introitu per imitationem, quia
parvuli non peccant imitando, ergo debet intelligi per realem
propagationem. Nam modus dicit intrasse peccatum, ac
intravit mors comes illius, quæ certè non imitacione, sed veritate,
omnes afficit. Deinde probatur ex Baptismo, qui institutus
est ad parvulos in Christo regenerandos, iuxta Paulum ad Rom.
6. Signum ergo est mortuos esse ob peccatum, non quidem
etiam, quod habere non possunt, sed originale. Item traditur
ad Ephes. 1. Erasmus natura filii ira, & 1. Corint. 15. num. 22.
Omnis in Adam moriuntur.

2 In quo autem hoc peccatum constituit, variant Doctores,
corum opiniones refert, & errores laeti impugnat Azor, lib.4.
inquit moral. cap. 26. Valq. 1.2. d/p. 132. Salas 1.2. tom. 2. tract. 1.3.
d/p. 1.1. fed. 1. illi sicutem omisisti.

Duximus etsi sententia, que veritati accedit. Prima affirmat
peccatum originale nihil aliud esse, quam peccatum Adæ
mortalis, & intrinsecus inherens, & dominicans quilibet ho-
minum peccatorum. Cum enim peccatum originale debet es-
se voluntarium, & nihil appetitus, quod voluntarium sit præ-
ter Adæ peccatum, offici videtur in ipso, ut mortaliter denomi-
nante peccatorum, sitam esse rationem peccati: quod exemplo
peccati habitualis explicatur, peccatum enim habituale nihil
aliud esse videtur, quam peccatum actuale, dum non est suffi-
cienter reprobatum, aut à Deo condonatum, quia sic existens
mortaliter censetur, perseverare, & intrinsecus peccatorum de-
nominate: ita similiter in peccato Adæ, dum tale peccatum non
est sufficienter reprobatum, aut à Deo pro omnibus hominibus
condonatum, censetur illis inesse mortaliter, ita doctus Salme-
ron ad Rom. id/s p. 45. & 46. & plures moderni illi consentiantur.
Facit tamen me non posse illi acquiescere, redolent enim erro-
rem Alberti Pighij controverfa. Catharini opusculo de causa ho-
minis &c. & olt. & lib. cui titulus est summa doctrina ad sacras
Theologias, de peccato orig. S. 3. qui incipit. Esi igitur mea proposi-
tio, qui assertur peccatum originale solum esse peccatum Adæ
nobis imputatum, ac proinde quid extrinsecum ei, non vincitur.

Ferd. de Castro. Sum. Mor. pars 1.

que proprium, contra Concilium sess. 5. can. 3. Sed probo non
posse peccatum originale consistere in peccato Adæ mortaliter,
& intrinsecè denominante parvulum: quia peccatum Adæ tam
actuale, quam habituale est omnino remissum. Ergo non po-
test mortaliter in parvulo perseverare, quia persecutio moralis
aliquius res, tunc est, quando prudenter homines centent
illam rem persecutare, & reputant, ac si physice existet, quod
esse non potest, deinde totalet fundamento huic denomi-
nationis: & quia totum fundamentum hujus denominatio-
nis mortalis, est peccatum actuale, & habituale Adami, quod
per eius peccatum, & gratiam animo fuit destrutum. Ergo.
Secundò per gratiam Christi in Baptismo collatum tollitur in
parvulo totum id, quod veram, & propriam pecati rationem
habet: ut dicit Concil. Trilen. sess. 5. can. 5. sed non tollitur
peccatum Adæ, hoc enim iam erat sublatum per eius peccatum.
Ergo aliquid aliud debet tolli, quod sit fundamentum illius
mortalis denominationis. Tertiò nequit intelligi, qua ratione
multiplicetur peccatum originale in quolibet parvulo, si
peccatum originale non sit aliud præter Adæ peccatum mor-
tali parvulo inherens: nam cum peccatum Adæ vnum sit,
vnum debet reputari, & non multiplex formaliter, quod est
contra Concil. sess. 5. can. 3.

Quatuorprima tenenda mihi videatur communis sententia,
que affimat peccatum originale consistere in priuatione singu-
lari debita iustitia, & sanctitatis, cuilibet enim debebatur ius-
titia Adama non peccante: at quia ipse peccauit, & omnes
in illo, quia in illius voluntatem nostram erant resulsi, ideo no-
bis debita est priuatione gratia, & iustitia. In hac ergo priuatione
debita peccatum originale consistit, ita Azor cap. illo 2. circa
finem. Valquez cap. 8. Salas sess. 3. n. 3. 8. Bonacina diff. 2. de pecc.
9. 1. p. 2. Ratio est, quia peccatum originale ita est vincuque
proprium, ut vere illum peccatorum constitutas, sed nihil est,
quod singulis infi, quod possit illos peccatores intrinsecè con-
stituere, præter hanc priuationem. Ergo in hac priuatione pecca-
tum originale consistit. Minorem probo, quia neque est
peccatum Adæ, ut supra, probatum est, neque est aliqua qualitas,
ut base probat Azor, Salas & Valq. supra, neque aliquis reatos
ad personam, hic enim potius est effectus peccati quam peccatum.
Rectat ergo, ut vnum sit priuatione debita gratia.

Dices hanc priuationem non esse parvulus voluntariam, &
liberam, quod est ad peccatum requiritum.

Respondes esse quidem liberam in Adamo; ibi enim omnes
hominum voluntates resulsi erant, ac proinde cum ipse
peccauit, omnes nos peccauimus, & priuationem gratie me-
rituimus habere. Ergo in hac priuatione debita peccatum ori-
ginale consistit.

4 Verum aduersus hanc sententiam obstar, primò, quia
priuatione iustitiae debita parvulus sit à Deo, Deus enim pri-
uat hominem gratia sua, & iure ad gloriam, quia peccator est.
Ergo priuatione gratia non est peccatum, sed effectus peccati.
Secondò, quilibet homo non solum est priuator iustitia ori-
ginale, quatenus iustitia originalis est gratia sanctificans, sed
quatenus est donum quoddam, virtute cuius passiones tentatio-
ne in Adamo subiectæ erant rationi, quia Deus Adamum con-
dens, promisit illi, si mandatum seruaret, omnibus eius posteris,
non tantum gratiam, sed iustitiam originalem daturum. Ergo
in utraque priuatione consistit peccatum originale, ac pro-
inde non remittitur integrè per Baptismum. Tertiò ipsem
Adamus, postquam peccauit, manu priuator iustitia originale,
& tamen non habuit originale peccatum. Ergo peccatum ori-
ginale non potest in hac priuatione consistere?

Hæc tamen argumenta non obstant, quoniam firmè debet
esse communis sententia.

Ad primum dico, priuationem gratie fieri à Deo, sed non
quatenus parvulus talis priuatione est debita: peccatum enim
originale non in priuatione vacuum gratia consistit, sed in
priuatione debita, cuilibet enim homini per feminalem pro-
paginationem procreato, detur priuatione gratia, & sanctitatis,
ob peccatum, quod Adamus commisit, cuius p[ro]p[ter]e homo vir-
tualiter, & mortaliter consentit.

5 Sed inquires. In q[uo]dnam consistit, priuationem gratie
esse cuilibet debitam, seu quilibet mereti priuari gratia.
Nam in peccato Adami non videtur posse consistere, cum hoc
vnum sit, & priuatione debita multiplex. Item peccatum Adami
est extrinsecum parvulus: deberi autem priuari gratia illis est
extrinsecum, alias præcipua ratio peccati originalis in extin-
sione sita est. Quid ergo est in parvulus ultra catenam, gra-
tiae debitum carendi illa.

Respondeo non esse facile explicari. Dico tamen necessaria-
riò recetendū esse ad mortalitatem, peccatum enim Adami
non solum fuit peccatum ipsius, sed etiam peccatum omnium
posteriorum, in illo enim omnes postuli peccauerunt, iuxta
Paul. ad Rom. 5. Quid ergo mirum, si singuli peccaverunt. Singu-
li habent debitum contrahendi priuationem gratia: hoc ta-
men debitorum eti orum sit ex peccato Adæ formaliter, tamen non est
peccatum Adæ, sed ab illo quibus resulsi mortaliter, vel po-
test diei non esse peccatum Adæ, prout est peccatum ipsius;
sed secundum quod est peccatum posteriorum, & omnes in

DE
ASTRO
PALAEO
TOM.
ED.
EIV.

¹ illo peccauerunt, & secundum hanc rationem est physice extrinsecum singulis sit: at mortaliter inimicum est, & omnes intrinsecè afficit.

Ad secundum concedo non tantum inesse singulis priuacionem gratiae, sed etiam sub actiones suarum passionum ratione recte; at nullo modo in hac priuatione subiectio constituit, neque parcialiter peccatum originale: cum quia Concil. sess. 5. can. 5. dicit per Baptismum tocum peccatum originale tolli, & tamen haec priuatio subiectio non tollitur: cum etiam quia haec subiectio non constituit gratiam Deo: ergo neque eius priuatio ingratiem constitutre potest, ac proinde non potest esse peccatum, alius priuatio scientiae, aliorumque donorum, qua Adam non peccatum habemus, sicut peccatum originale, & sic peccatum originale non est vnum, sed multiplex in quolibet subiecto, quod non est dicendum.

Ad tertium concedo Adamum habuisse priuationem gratiae post peccatum, non tamen habuisse originale peccatum; requirit enim ad originale peccatum priuatio gratiae non vacumque, sed debita origine, & seminali propagazione, debita, inquam, non ratione culpa propria, seu propria persona commissa, sed ratione culpa capitatis, in cuius voluntate omnium voluntates refusa erant.

P V N C T V M I I .

Quos effectus habeat peccatum originale.

¹ Priuatus regno Dei.

² Contrahimus mortem, & rebellionem appetitus.

Congenit omnes Catholici priuare regno Dei, taliter quod decadentes in peccato originali, nunquam visuri sunt Deum, secundum illud Ioan. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest intrare in regnum dei*. Non tamen inde priuatur habitus esse aliquam peccatum sensus, ut recte, & crudite probat Salmeron ad Rom. 5. disp. 48. Suarez in 3. p. tom. 2. disp. 57. sect. 6. Salas tract. 13. disp. 11. sect. 6. & 74. & num. 83. Azor lib. 4. cap. 33. q. 1. & 2. Ied non ob parentiam huius peccati, & fruitiogenitum rerum naturalium, & perfectam illarum notitiam dicendi sunt esse in beatitudine naturalissimum, ut bene probat Azor. q. 5. Salas disp. 11. sect. 6. n. 92. beatitudine naturalis expostulat naturam rectam, sanam, integram, & puram, quia si peccato mortali originali afficiatur, talis non est: nam careret perfectionis, & quia secundum legem ordinariam ei fuerint possibiles. Deinde qui in peccato originali est: Deo est inimicus, & inimicus, ac proinde miser: non ergo potest dici beatus. Item non essem immortales, neque appetitus subditus rationi est, sed sapere in malum inclinatur: plurimi etiam habentem ignorantiam: quia ratione bene comparata. Sora lib. 1. de nat. & grat. cap. 13. hominem in pura natura homini nudo, qui nunquam fuit vestitus, & hominem in natura lapso comparat spoliato, qui antea vestitus erat. Sed quid dicendum si aliquis originali infectus, cum solo peccato veniali decedat? & posse decedere probat late Salas q. 80. tract. 13. disp. 18. sect. 6. & 7. quia obligatio se conseruandi ad Deum, & potest ignorari inincibiliter. & cau quo ignoratur, potest illi non satisficer absque culpa. Item potest tunc homo aliquod mendacium leue, & burbum otiosum committere, & subito mori. In tali ergo eventu decedens in originali, & veniali, quam peccatum sensus habebi.

Respondeo habitum aliquam. sed non peccatum aeternum, sed temporalem, qua purgetur peccatum veniale commissum: locus autem, in quo purgandum est: vel est infernus, non cum societate damnatorum, sed separatum ab illis: vel est limbus, in quo decadentes cum originali residunt: non enim repugnat in limbo esse aliquem locum ignotum: quia anima decadentes cum originali, & veniali purgantur, & purgata: & veniali statim coniunguntur aliis, que cum solo originali decedunt. Quod si dicas, quare Patres, & Concilia nihil de hoc loco dixerint, scilicet respondetur, quia paci sunt, qui sic decadunt. Vide Salas sup. & Suar. 1.4. in 3. p. disp. 11. sect. 6.

² Secundum est de fide ob peccatum Adami mortem incurere, ad Rom. 5. *Per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mortis, &c.*

Terter ob peccatum incurrimus rebellionem appetitus, & iuridices, labores, & alias inumeras miseras, de quibus lat. Vasquez. 2. disp. 134. cap. 1. Suarez 3. p. tom. 2. disp. 57. sect. 6.

Aduerendum tamen est mortem corporis, rebellionem appetitus, ignorantiam, & alia similia, quae per peccatum incurrimus, etiam in natura pura creari habere deberemus, neque obinde fit per peccatum non sive hominem vulneratum in naturalibus: fuit equidem, quia dono gratiae, & iustitiae originalis illi prava est: & us naturae erant impediti, & per peccatum homo perdidit hanc gratiam, & reddit ad id, quod de se habebat. Ergo vere vulnerata est in naturalibus. Vide D. Thom. q. 8. art. 3. Galet. ibi. Vasquez. disp. 138. c. 2. Salas tract. 13. disp. 13. sect. 1.

P V N C T V M III.

Quas personas peccatum originale afficiat.

¹ Omnes descendentes per feminalem propagationem, excepta Virgine Maria, peccatum originale contraxerunt.

² Aliqui affirmant Virginem sanctissimam non solum exceptam fuisse ab originali culpa, sed etiam a debito illam contrahendi.

³ Defendit, ut probabilius immunem non fuisse B. Virginem a debito contrahendi peccatum.

De fide est omnes descendentes ab Adamo per feminalem propagationem tale peccatum incurrite, cum primum eorum corpori anima vniuntur: ita Trid. sess. 5. can. 5. nisi aliquis speciali priuilegio eximat, quod dico proprii Beatisimam, & nunquam fatis laudatam Virginem Mariam: haec enim mater Dei, & Regina mundi sub hac regula generali non comprehenditur, fuit enim diuinus excepta: decibat enim dignitatem matris, ut tota fieret pulchra, & decora ab illa macula, & raga. Neque obinde fit ab eius filio Christo Domino redemptam non esse: redempta enim fuit, ne incurret captiuitatem peccati, non liberata post incarnationem, qui modus redemptionis nobilio, & efficacius est. Negari enim non potest B. Virginem ex meritis Christi praferuant, ne nullum peccatum veniale committeret, & plures sanctos praeteritos esse, ne mortale commiserint, qui in toto rigore dici possunt redempti a captiuitate peccati incurriendi, nisi gratia praeseruentur, ita B. Virgo dici potest redempta de peccato originali, non quod contraxit, sed quod de facto contraheret, nisi a gratia per Christum piamente fuisse. Testimonia Scriptura, Partum, & ratio in favorem huius pietatis, & debite sententia videtur posse in Salmet. ad Rom. 5. disp. 49. & 50. Azor lib. 4. c. 34. q. 3. Suar. tom. 2. rot. disp. 3. sect. 5. & 6. Bellarm. 4. de amiss. g. 1. 15. Val. tom. 2. ad 3. p. disp. 116. & 1.2. disp. 130. c. 1. Beia v. 2. c. 9. q. 10. Salazar, & alii qui latissime haec sententiam confirmant, nobis tamen sufficiens consensus ferre vniuersalim Ecclesiæ defendentes hanc sententiam, quam Sixtus IV, & Pius V. nota leuitate promouente voluerunt, concedentes singulare gratias, & indulgentias hoc fessum celebribus. Et est nouissima Pauli V. confirmatio, qui incipit, *Sanctissimus Dominus nostrarum, quam confititio, qui incipit, Sanctissimus Dominus nostrarum, quam referit Barbo in remiss. ad Concil. sess. 5. fol. 50. Naldus verbo Mariae conceptionis, qua siemper contrarium opinantibus imposuit, sanctiusque, & merito, ne publicè in concionibus, lectionibus, conclusionibus & aliis publicumque actibus publicis, assertetur Beatis. Virginem culpa originali fuisse conceptam: quibus decretis veritas immaculata conceptionis Virginis est in stabilitate, ut potuerit a Sumo Pontifice tanquam dogma fidei definita.*

² Ruris aliqui neuterici sequentes Cartethinum lib. de pec. orig. c. vlt. & lib. de concep. Virg. ad Synod. Conc. Trid. p. 1. c. 1. & lib. 4. contra Calet. & Galat. de arcana lib. 7. c. 10. & Salmeton ad Rom. 5. disp. 45. existimat Virginem non solum exceptam fuisse ab originali peccato gratia praeveniente, velum exceptam fuisse a debito contrahendi illud: eo quod non peccaverit in Adam. Dicunt enim in decreto illo, quo Deus statuit peccante Adamo omnes posteros concipiendos fore sine gratia, & iustitia, exempli B. Virginem aboluta, si decreverat incarnari ante proutum peccatum, vel sub conditione si prout Ade peccato carnari vellent: quae exceptio videatur & dignitatem Christi & matris commendate in matris, quia non solum a peccato, sed etiam a debito contrahendi liberatur: Christi, sicutdem ex meritis ipsius haec gratia mari conferunt. Probabile reputat hanc sententiam Valent. disp. 6. q. 1. p. 2. ad 1. Henr. lib. 3. tom. cap. 21. q. 3. Salas 1.2. tr. 13. disp. 11. sect. 5. q. 11. a. n. 6. A. rot. 1. lib. 4. cap. 34. q. 1. circa finem, licet oppositam reprobant probabilitatem, & ita mihi videatur.

³ Ratio, quare non extimam B. Virginem a debito contrahendi peccatum originale, est, quia ante peccatum originale non fuit Christus Dominus prauis falem in statu passibili, & meritorio, quem de facto habuit: hic enim statu affluptus fuit in tempore, & satisfactionem peccati commisit. Ergo non potuit esse causa meritoria praestrandi Virginem a debito contrahendi peccatum Ade: haec enim praefaciens, pratisimem ipsius peccati ancepsit. Secundò, si B. Virgo in Adamo non peccauit, cuius voluntatem non fuit refusa. Ergo Adam non fuit caput morale B. Virginis. Ergo etiam Adamo non peccante B. Virgo non habebat gratiam, & originali iustitiam ex promissione Dei facta Adamo, sed alioquin illi concedenda erat: quod non videatur, neque in Scriptura, neque in Patribus fundamentum habere. Tertiò habete B. Virginem debitum contrahendi peccatum, & non contrahere potius extollit, quam minuit eius dignitatem; debitum enim contrahendi peccatum non est peccatum, sed est obligatio illud contrahendi: quod cum non contrahatur, gratiotem reddire annum, ut ipse qui clarus est videt redemptum. Quarto hoc modo recte explicant aliquia loca Scripturæ, quæ affirmant omnes nos in Adam peccasse,